Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



31

marem tota die. Quoniam die ac nocte
grauata est super me manus tua: conuer-
sus sum in erumpna mea dum configit
spina. Delictum meum cognitum tibi
feci: et iniusticiam meam non abscondi.
Dixi: confitebor aduersum me iniusticiam
meam domino: et tu remisisti impietatem
peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis
sanctus: in tempore opportuno. Verum
tamen in diluuio aquarum multarum: ad
deum non adpropinquabunt. Tu es refugi-
um meum a tribulatione que circumde-
dit me: exultatio mea eruc me a circum-
dantibus me. Intellectum tibi dabo et in-
struam te: in via hac qua gradieris firma-
bo super te oculos meos. Nolite fieri sicut
equus et mulus: quibus non est intellectus.
In chamo et freno maxillas eorum con-
stringe: qui non adpropinquant ad te. Mul-
ta flagella peccatoris: sperantem autem